Sed dire increpans filiū q̄ hoī
nē crucifixū pro deo coleret. Veni
ens igit̄ helena cū. C. xl. doctoribꝫ
iudeorū disputādo contra siluestꝝ
et ɔtra fidem xp̄ianā quos ipē om
nes vicit ⁊c. vt̄s. Itē siluester cu
rauit prauitatem hereticam dispu
tando. Cōstantinus fecit cōgrega
re ɔsiliū cui iterfuerāt. cccc. xviij
Epi. vbi symbolus qui p ecclesiā
cātatur editus fuit. vbi cū arrī9
cū alijs epis disputasset ipē arrī9
cecidit in faciem suam ⁊ medius
crepuit. ac nephādo ore cū q̄ xp̄m
blasphemauerat. viscera sua euo
mit. ⁊ error p̄uitatis heretice mir̄
culosē disputādo curatus est. Itē
curauit gn̄alem morbum in gēte
q̄ erat interfectio draconis. P9 q̄
ei impator ɔuersus fuit pōtifices
ad eū dixerūt draco iste est i fouea
Sȝ postq̄ fidem accepisti plusq̄
CCC. hoīes interfecit flatu suo.
Cōsule sup h̄ cōstātine. siluestro
dicit predicta que habuit a pon
tificibus. Rn̄dit siluester ego per
virtutem dei eū cessare faciam a le
sione. Orāte aūt siluestro petr9 ei
apparuit dicēs securus ad draco
nem accede Cū ad eum veneris di
ces ei Dn̄s noster ih̄s xp̄us de vir
gine natus crucifixus mortuus ⁊
sepultus ⁊ tercia die resurrexit ⁊
sedet a d dexteram pr̄is hic ventu
rus est iudicare viuos ⁊ mortuos
Tu ergo sathana in h̄ loco eum
expecta. Os aūt eius ligabis filo
et signabis signo sācte crucis De
scendit itaqȝ siluester ad draconē
et omnia fecit sicut ei impatū fuit
et sic plaga cessauit ⁊ totus popu
lus rom an9 ad fidem xp̄ianā cō
uersus fuit ⁊ sic iste medicus eos
curauit a triplici morbo. Secūdo
notat̄ honoris sublimitas quo cō
stantinus siluestrū honorauit Cū
dicit̄ honora medicū. Honorauit
eū in hoc q̄ p̄ma die sui baptismi
hāc legem dedit vt̄s. ⁊ sic ab eo
multos honores accepit. a xp̄ō āt
maiores scȝ vitam eternam quaȝ
nobis prestare dignetur ihesus
cristus A M E N .:.

## In die circūcisionis Sermo. xvij.

Vocabit̄ nomē ei9 emanuel
ysa. vij. ⁊ Math. i. Circūci
sio secundum Bernardū pertinet
ad veritatem humanitatis. Circū
cisus est xp̄s hodie a parentibus
i parte corporis Sed postmodū
a iudeis in omnibus sensibꝫ. Ha
buit autē xp̄us quatuor nomina
propria. ⁊ quatuor cognomina.
Propria noia sunt Ih̄us. xp̄us.
filius dei. ⁊ emanuel. Primum no
men est Ihesus. quod interpreta
tur salus. Ipē saluauit nos a pec
cato originali. mortali. ⁊ veniali
Ideo dicitur Math. i Ipse enim
saluum faciet populum suum a pec
catis eorum. Ad ista tria peccata

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-534/0531
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG